

fici super causas & principia, Mathematici super figuras, & numeros, Legiste super Pandectas, & Digesta, Theologi super attributa, & relationes, consumunt spiritus subtiliores, veritigines, & mala hypocondriaca contrahunt. Ista medicina, quae conservationem vitae humanae proficitur, quotidie plurimos occidit: quod milites faciunt armis, hoc Medici agunt pharmacis.

7. Nunquid forsitan inter aularum cupidias invenitur clypeus contra mortis insidias? Ohe! in nullis mortis officium saltem ad illam avaritiam, quod expectat saltem ad illam avaritiam, nisi mortem? Noctes vertite in diem, inordinatam cibum, & potum ingerere, somnum intempestivis vigilis rompere, quid est aliud, quam vitam abbreviare? Forsitan vitae longevitas reperitur in mercatorum commerciis? Ohe! qui domi plurimos annos seclate vivere possent, mortem fors quaxat, per longinquas itinerationes, terra, marique factas, exponunt se periculo naufragiorum, pyratum, latrociniorum, &c.

Mors insinuat obruti nihil simile invenitur.

8. O mortales! sicine animum speratis firmum, dum natura, & ars in vestram perniciem consurgat? agite, defendite vos, si potestis, contra utriusque insidias: quantumcumque fueritis oculati, repente finitro casu obruti, & sepulchro inferi portetis. Quis credidisset Alchylium, dum in campum, aeren haularas, exibat, a testudine occisum iri, quam praevertolans aquila in caput ejus demisit? Quis credidisset Anacreontem ab acino utraque subocatum iri, eque in gutture illi transferri haerebat? Quis credidisset Baldam, Juritarum insignis decus, ex mortu lethali mortu conficiendum? quis credidisset, victori illi, dum triumphandus in arcem Capitolinam ventur, a tegali & testo decida cecurum una cum diademate executiendum? Ita frequenter contingit. Multi, qui millenis tempestatibus iustitiae, Soyhas, & Charibides separarunt, dein exigua purci aqua merguntur, uti Prater Pompeii. Multi, qui cruentas praetorium interfectiones salvi, & incolens evaserunt, dein insperato Ictu evivis exturbantur, uti simulus Pompeii Caesar. Neque dicat quis, hos casus non esse caeca fortuna, sed humanae malitiae? haec enim responsio novos mihi mortis cuniculos ostendit. Quot non intererunt zelotypiae, invidia, ira? umbra unius mali saepe centum alia trahit. Non solum occidunt latrones, sed etiam amici fidissimi, unum verbum aculeatum pugiones, & flosperum amat. &c.

Causa intrinseca morbi non minus numerosa.

9. Quod maximum est, omnia haec mortis pericula, quae haecenus recensimus, sunt inere extrinseca, & quam amplius differendi campus

restaret, si causas mortis intrinsecas, nobis quoque congenitas, vellem percurrere? possem profecto demonstrare, quot mucus, quot nervos, quot arterias, quot mortis in nobis deliteat; possem ostendere, quam facile vitales spiritus deficiant, laevis flammis, cathari furore videantur, cholera inficiant, Melancholia delirant. Verum haec materiam aeterni officii reservo, (Vid. Dem. 20. post Pent. conc. 3. §. 2.) & te alloquor, mi Christiane! cum natura, ars, fortuna, & malicia tam pertinaciter conspirent contra tuam vitam, potesne prudenter de annorum diuturnitate tibi blandiri, eaque spe hietus in peccatis vivere? si cum uno, aut altero vite periculo tibi confingendum foret, posses aliquatenus effugium sperare, sed quod per plurimos anas omnibus his resistere queas, hoc exequi sperare non prudentia, sed temeritas est.

10. Epiphano. Quare forsitan, quidquid factu opus sit? Respondeo paucis, ita vivendum tibi est, ut nullo momento ad mortem sis imparatus. O quanta felicitas, non mereere illum latroem, quem invidus universus adeo expavescit, & cum ritu excipere mortem, quam alii cum incoeditis lamentis praestolantur. Haec autem tantam felicitatem experientur illi, qui iuste viuentes animum servare student ab omni lethali noxa immunem. Vidi olim scholam mortualem et certo Monasterio missam, qua elega mortuorum, ut ibi moris est, scribuntur: in fronte schedulae videnda erat mortualis calvariae imago cum hac epigrapha; *Te nunquam vivisti: O mi Christiane! na ego te beatum dixero, si hanc tibi epigrapham approprias; crede enim, non est major in mundo felicitas, quam illa securitas, non timere mortem.* Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

Ostenditur, peccatum revera esse abominationem desolationis, per quam templum Spiritus Sancti, hoc est, anima turpissime devastatur, & supernaturalem gratiarum thesaurum perdit.

Cum viderit abominationem desolationis, -- stantem in loco sancto. Matth. 24.

EXORDIUM.

1. Elaberrima est controversia inter interpretes, quid Christus Dominus intellexerit per hanc abominationem desolationis? S. Irenaeus (L. 5. c. 35.), & Hilarius (apud Chrysost. in Matth. 24.) putant designari Antichristum, qui cum tempore adorabatur ut Deus. S. Hieronymus, & Theodoretus (in e. 24. Matth.) putant per abominationem intelligi Idolum positum in templo tempore Christi Domini. S. Augustinus (Ep. 80. ad Hieron.) & Origenes (in Matth.) censent abominationem desolationis esse

esse exercitum Romanum Jerusalem obsidentem. Alii tenent alias opiniones. Verum Burradius, Abulensis (hic), Bayonius, (Ann. Chr. 68. tom. 1.) & alii censent, hanc abominationem esse profanationem templi factam a Iudaeis, homicidis, & sceleratis Iudaeis: Res deploranda! magnificum illud templum, quod a Salomone extractum (propterea comparat Salomus Ann. mundi 3017. in sc. 2. 43.) trecentis millionum nullibus consistit, illud templum, quod erat mundi miraculum, majestatis prodigium. Dei habitaculum, ita in honoratum est, ut postea factum fuerit Idolorum receptaculum, sceleratorum monumentum, spelunca latronum. Antea habitabat Deus in eo, nunc scditiosi homicidae: antea erat domus orationis, nunc macellum funestiarum cadum: antea fuit fons gratiarum, nunc odii Divini exorbitabile obiectum. &c. Christiani Auditores! advertitis, quid per hoc insinuare vobis velim? nimirum *Nescitis, quia templum Dei estis*, ait S. Paulus (1. Cor. 3.). Quomodo igitur templum illud Salomonis per sceleratos Iudaeos, qui illud castrorum more manserant, indeque excurrentes, rapinis, & caedibus in cives suos grassati sunt, turpissime profanatum est: ita fieri potest, & pro dolor! frequenter fit, ut anima vestra, templum Spiritus sancti, abominandum in modum dehonoretur. Per quid? per peccatum. Ante peccatum anima vestra pulchra, amabilis, & Deo grata est: post peccatum omnem venustatem, gratiarum ornatum, & Dei favorem perdidit. &c.

Peccatum est abominabile desolationis in anima.

2. Propositio. Patimini ego, ut quod haecenus frequenter egi, id & hodie agam, videlicet ut irreconciliabile odium peccati vobis infillim: ostendam revera abominationem desolationis in anima esse peccatum. Utinam verba mea essent adeo ponderosa, ut tandem aliquando serio statueretis ex toto corde odisse peccatum! Favete.

3. Diviso. Agrippina illa Neronis Mater, (Euseb. Hieron. l. 1. c. 5. differunt) ut filii prodigalitate corrigeret, qua ille semel quartam integri millionis partem deo exerat, iustit hoc omne peculium in aliquot mentuales exponi, solumque coram intueri, quam imbecilla esset pecuniarum farrago, quam ille adeo leviter uno quasi momento prodegerat. O mi peccator! utinam possem tibi patheticè sub oculos exponere immensum illud damnum, quod per peccatum incurristi; na tu certe exhorretes: per peccatum destructa sunt omnia tua merita, una cum facultate merendi. Per peccatum expulsa est e corde tua gratia, amicitia, & filio Dei una cum donis, ac charitatis Divini Spiritus. Per peccatum (quod summa est) perditus est Deus. Eheu! quomodo possibile est, ut vilita factura non irrugias pro dolore, velut irrugit Elau ob primogenituram perditam! Quod si non satis capis infelicitatem tuam,

ostendam tibi fufius, quanta haec sit desolatio, quanta devastatio, quantum damnum animae tuae.

§. I. Per peccatum destruitur omnia merita.

4. Confirmatio. Primo igitur per peccatum destruitur merita omnia, quae per totam vitam sanctis operibus, & usu Sacramentorum collegisti. Vidit olim Apocalypsicus Vates (cap. 13.) feminam sole amictum, & lunam sub pedibus ejus, in capite autem habentem coronam stellarum, per quam designatur anima, Divinae gratiae ornatu decorata: quamprimum haec femina filium parvultu, Raptus est: sicut est ad Deum, & ad Iherosolimam, id est, quamprimum anima, in gratia Dei constituta, & operum meritorum facit, statim illud opus offertur consecutum Dei; quia opera iustorum Deo grata, accepta, & calce premio digna sunt. Ea mi Christiane! illa corolla Mariana, quam solerter decurristi; illa haeremata, qua super peccata tua planxisti; illud frustillium nudici panis, quod amore Dei pauperi dedisti; aliaque opera ab Angelo tuo Castide oblata sunt Dei consecuta, atque inscripta in libro vitae, ut quondam caelesti mercede commerentur. Illa opera tua sunt clavicularia ad referendam coram patrum, vitam auram ad consecrandam coronam caelestem, sunt singula magnetica, quae te ducunt & munit hujus navigatione ad portum aeternae felicitatis, sunt vestis pretiosa, quae te condigne exornat ad caelestes nuptias. Dic, obsecro, quid sentires de ejusmodi homine, qui talem claviculariam, tale aurum, talem linguam magneticam, talem vestem pretiosam ultro abieceret? plane diceret, illum insigniter stultitiae. Verum, O mi peccator! haec tua est demerita: quamprimum enim in cogitationem turpem consentisti, quamprimum gravi detractione proximum denigrasti, quamprimum pejerasti, verbo quamprimum peccatum fecisti, extincta sunt, destructa sunt, annihilata sunt omnia tua merita: anima tua facta est; velut expoliata, & exusta civitas, facta est, velut aevare, regio fusa ac melle evacuatam. O infelix anima stans! ubi est modo Dei gratia, in baptismo tibi infusa? ubi sunt priorum devotissimae exercitia? ubi Missarum Sacrificia? ubi jejunia? ubi elemosinae? ubi corporis castigaciones? ubi patientia in morbis, & adversitatibus? ubi omnia opera tua? Eheu! perditam vitam omniam, Eheu! quomodo possibile fuit, ut in peccatum consentires cum tanta factura? quomodo, si per peccatum perdere deberes omnem pecuniam, ac opes tuas, quae haecenus collegisti; si perdere deberes omnem tuam, agros tuos, officium tuum, domum sollicitae a peccato tibi caretis? ad scito longe gravius est damnum, quod anima tenet per peccatum incurritur; quid enim sunt divitiae, quid honores totius mundi,

di, si cum meritis, & gratia Dei comparantur? nihil sunt. Merita tua calo digna superant thesaurus omnium regnorum, superant aurum, & argentum totius orientis. Et necdum exhorteris peccatum, per quod tibi tam immensum damnus irrogatur?

§. II. Per peccatum perditur dona S. Spiritus.

5. Alterum damnus, per quod peccatrix anima in abominabilem desolationem redigitur, est peccata gratia, & donorum Spiritus Sancti: quomodo anima in statu gratiae est, tamdiu palatium est inhabitantis Spiritus Sancti, qui cum pericit, regit, dirigit, & gubernat: quamprimum autem in peccatum consentit, fugit Divinus hic Incola, animaque vastatam, desolatam, ac rursus relinquit. (S. Greg. hom. 9. in Evang.) Postquam perfida Judaeorum gens inane illud Decidii crimen commisit, & iam in peccata illius armati exercitus Titi, & Vespasiani adventabant, narrat Iosephus Judaeus (de bello Iud. l. 7. c. 22.) mirabile quid contigisse: ait, nocturno tempore interiorum templi portam vi occulta fuisse reteratam, auditamque hanc vocem: *Miserere hinc*. Qua voce significare voluit Deus, quod Judaeorum gentem ob turpem infidelitatem, & scelera penitus deserturum esset. O mi peccator! utinam in anima tua audire potuisses lamentabilem vocem, qua Spiritus Sanctus, & habitus virtutum insati eo momento, quo peccasti, se invicem hostabantur: *Miserere hinc!* utinam oculis videre potuisses infelicem abitum, quo animam tuam desolatam, ac desolatam deseruerunt! certe mirum non foret, si dolore contabesceres. Sacerdos Heli, ut memorant Regum fasti (1. Reg. 4.), cum illi nuntiabatur Arcam Dei perisse, & in manus hostium devenisse, adeo infelici nuncio contentus fuit, ut de sede sua collapsus, cervicem fregerit, & mortuus sit. Profecto, si homo satis agnosceret, quid sit, per peccatum Dei gratiam, & Sancti Spiritus castimatam, perdere, pro dolore, & luctu exanimari deberet. Cum anno Domini 1683. terribilis Turcarum exercitus totam Hungariam, magnaque Austria partem devastaret, jamque Viennam appropinquans, obsequium minaretur, Augustissimus Imperator Leopoldus, tanti periculi admonitus, una cum Augustissima Coniuge, & Filio Iosepho profugus, Passaviam abiit. Dicitur impossibile est, quis luctus, quo confirmata urben Viennensem tunc occupavit: plene erat omnia compita lamentibus, & lamentis, aemo erat & nobilibus, nemo & civibus, nemo & triviali plebe, qui non effusissime fleret, cum viderent dilectissimum Principem suum & palatium suum, urbeque abire, & abire forsam non amplius vitandum, seque immani barbarum furori in praedam relinquit: videbantur vel ipsa adificiorum faxa plorare, & lamentari. Metre ex hoc, mi Christiane! iustissimum abitum, cum Spiritus Sanctus, per

peccatum expulsi, e cordis tui habitaculo recedit. O quam luctuosum est hoc spectaculum Genio tuo Tutelari, cum videt animam tuam demonibus in praedam relinquit! O quam luctuosum est hoc spectaculum Angelis Dei, cum vident Spiritum Sanctum & eius carissimam una cum habitibus virtutum insati migrare, abire, fugere! Profecto si flere possent, ait S. Franciscus Salesius (1. 4. c. 3. praef. Amoris), infinitas lacrimas profunderent. Et tu necdum moveris? necdum averfariis peccatum tanti mali causam? &c.

§. III. Per peccatum perditur Deus.

6. Quod malorum omnium maximum est, necdum edixi: cito enim, per peccatum in anima ablatum esse quiddam tibi pulcrum, pretiosum, & estimabile est. Esto, extinctam esse caritatem, fidem semivivam relinquit, spem languere, prudentiam cacutire, cernatam esse fortitudinem, temperantiam ditutam, iustitiam desolatam, nihilominus malorum omnium epiphonema est, Deum esse perditum. O Christiane homo! utinam pro rei dignitate intelligeres, quid sit Deum perdere. Divisus es a Deo, & illius protectione: *Iniquitates vestrae differunt inter vos, & Deum vestrum.* (Isa. 59.) Tu profugus abiisti instar filii prodigi & domo Dei, elongasti te a Deo tuo, ut ait Hieronymus (Epist. ad Damasum), *aspiratum, non terrarum spatium*. Quasi si post commissum peccatum tibi sol non amplius luceret, nonne extremo odio averfaretis peccatum? at vero gravius est damnus, horribiliores sunt tenebrae anime tuae, si Deus a te recedat. Audi exemplum hominis Gentilis, quod dignius erat de Christiano recedat: quondam Michas in domo sua peregrinos hospites recepit, qui illi penates suos furati sunt. Cum damnus animadvertit, festinanter fugitivos insectatus, viam omnem clamore complevit. Substitere illi, & retro conversi, interrogabant: *Quid tibi vis? cur clamas?* quibus ille admirandus respondit: *Deos meos sustulisti, & dicitis, quid tibi est?* abstulisti una cum Diis meis mihi omnia, quae habeo, & mirum vobis videbitur, quod plorem? O responsonem digniorem homine Christiano, quam ethnico! Mi Christiane! per peccatum perdidisti Deum tuum, Creatorem tuum, Redemptorem tuum, Protectorem tuum, Patrem tuum, summum Bonum tuum, & necdum ingemiscis? necdum curris ut perditum requiras? necdum deploras terribilem iacturam? Rex penitens David die, ac nocte lamentabatur, cum illi diceretur: *ubi est Deus tuus?* O anima Christiana! quare ex te, ubi est Deus tuus? an est in corde tuo? cheu! illud cor, quod antea erat templum, ac palatium Dei, nunc est receptaculum infernalium larvarum, Ubi est Deus tuus? an est in intellectu, in memoria, in voluntate tua? cheu! haec facultates anime, quae antea cognoscendo, recordando, ac diligendo Deum feliciter occupabantur,

pabantur, nunc sunt obfutrum execrabile irae, & indignationis Divinae. Nempse felicitas miserum peccatoris non solum in coeverfatur, quod Deum, eisque amicitiam perdat, sed insuper illius indignationem incurat. Pro quanta haec est miseris, Deum habere inimicum! Veterum Romanorum nomen, cuius causa in Senatu agitabatur, cum audiret, Tullium Ciceroem famosissimum illum oratorem sibi esse adversarium, tanta tristitia obruebatur, ut desperato litis felici successu, violentas sibi manus intulerit. Tu autem, mi Christiane, cheu! quis est animi tui stupor? parum curas Deum habere inimicum; Deum, qui est potentissimus; Deum, qui obique tibi est praesentissimus; Deum, qui momentis singularis te potest relegere in aeterna gehennae incendia? Non haberes animum, ut unica nocte in uno, eodemque cubiculo cum armato hoste tuo inermis versareris, & qua fronte audes miser, & imbecillus in medio irato Deo versari? &c. &c.

7. *Epilogus.* Desino mirari, & ad te convertis, obstitet te per amorem salutis tuae, age concipere irreconciliablem eadum adversus peccatum, tanquam abominabilem animae desolationem, & malorum omnium maximum. Fuge damnabile illud malum, quod tibi eripit merita omnia, quod tibi eripit gratiam Dei, & inhabitans Spiritus sancti Virtutes, quod tibi eripit Deum, infinitum Bonum; & demum cum S. Anselmo Cantuariensi Episcopo irrefragabiliter concludere: (*Suavis in Vita S. Anselm.*) si hinc peccati horrorem (aiebat hic sanctus Anselmus) inde inferni dolorem corporaliter contemperem, & necessario uni immergi deberem, prius infernum, quam peccatum appetere. Statutum est: prius infernum, quam peccatum. Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

De Signis prodromis Extremi Iudicii, praesertim de persecutione Anti-Christi.

Erunt tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Math. 24.

EXORDIUM.

Terribilia signa praebunt interitum mundi.

1. Quomodo enim ante ultimum morituri hominis anhelitum variae agitudines, ac symptomata praecedunt: ita universalem mundi interentis ruinam diversa, & aequae horribilia signa antebunt. Horum signorum duplex est genus; alia enim sunt *Remota*, videlicet ea, quae jam nunc sub oculis versantur, & in dies crescunt, uti interitus Synagoga, quae sine Rege, sine lege, grege per orbem dispersa est; persecutio tot Haezreticarum, qui tanquam *Clavi Spiritus, Concilium, Pars I.*

praecursores Anti-Christi Ecclesiam infestant; tum etiam bella, famae, pestilentiae, aliaque mala, quae passim per orbem crebescere quotidie audimus: de his signis loquens S. Ambrosius (1. 10. in Luc. 21.) ait: *Quia in oculo Saeculi sumus, praecedunt quaedam agitudines mundi: agitudo mundi est famae, agitudo mundi est pestilentiae, agitudo mundi est persecutio etc.* Alia dein signa erunt *Proxima*, videlicet ea, quae diem extremum nulla, aut brevissima temporis intercapiente antecedent, uti erit tyrannicum Anti-Christi regimen, solis, lunae, ac siderum obfuscatio, atque elementorum perturbatio: sub ultimo enim mundi agone fore lumen obscurabitur, luna sanguineum colorem induet, stellas de firmamento cadent, & loco harum terribiles cometae lucebunt, in aere personabunt horrida tempestates, mare infestis ferventibus ollis ebulliet, terra insolitis motibus tremiscet, & igne, & montium, valliumque viciferis erumpens, omnem mundi faciem incinerabit. Haec signa, uti imaginata facile est, tantam humano generi averentem confirmationem, ut aiat hodiernum Evangelium: *Erunt tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* (Math. 24.) Quare nec juvat, ser misericos Deus adeo immeritoriditer levit in solem, in lunam, in elementa, creaturas suas, opera manuum suarum? Percipite similitudinem zelotissimus Iosephi de Barzia: (*serm. 31. n. 23.*) Quemadmodum Vir Zelotypus & longinquo itinere rediit, si uxorem & conjugali fide exortibata deprehenderit, non tantum in ejus personam, sed & in mundum muliebrem, & quae fuerunt adulterae impietatis instrumenta crudeliter levit: ita & Deus non tantum in peccatores, sed & in creaturas omnes iram suam effundet, quae peccatori ad scelera sua quodammodo fuerint servitio, & adiumento: *Zelus, & furor viri non parcat in dii simuldo.* (Prov. 6.)

Et inter haec persecutio Anti-Christica.

2. *Propositis.* Christianae animae! haec signa terribilia, & ex his praecipue persecutionem Anti-Christicam hodie consideremus: serviet haec consideratio in preparationem adeam materiam, quam sacro Adventus tempore de hac cathedra proponere cogito, nempe de finali iudicio, ac quatuor terribilibus eius circumstantiis. Non erit, ut spero, haedifficillatio absque fructu, quem in sine proponam. Favete.

Anti-Christus quis sit?

3. *Explicatio.* De Anti-Christo, pestilentissimo illo hominum monstro, sit mentio in lege naturae, in lege scripta, & in lege gratiae; tanta enim erit illius impietas, ut de eo mundus universus moneri indigeat. In lege naturae de eo varicatus est Jacob: (*Gen. 49.*) *Filius Dan* (ex hac tribu iusta Ambrosium, & Hogenem (ap. Parnellum Spiritus, Concilium, Pars I.))

17. *Sanctus de Regno Del p. 8. cap. 1.*) nascetur, & a fecleratissimis hominum, a sagis, & demoniacis iuxta Damascenum (*ap. Barz. serm. 35. n. 15.*) educabitur! *Plat Dan coluber in via, corofus in fimita; mordens unguis equi, ut cadat afefer ejus retro.* In lege scripta mentionem de eo facit Propheta Daniel: (*cap. 7.*) *Sermones contra Ecclesium loquatur, & Sanctus Aliffimus ceteris, &c.* Denique in Lege Gratiz omnium clarissime Sanctus Gentium Apofolus: (*1. Theffal. 2.*) *Venerit deinceps primus, & revelatus erit homo peccati, filius perditionis, qui nubesatur, & extollatur supra omnes, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei fedeat, ostendens se, tanquam fit Deus.* Cur autem illius nomen non indicatur in Scriptura? respondet expedite S. Irenaus; (*15. c. 30.*) quia Spiritus sanctus designatur pronuntiare tam fecleratium nomen: vocatur solum *Anti-Christus*; quia per omnia erit Christi Domini adversarius. Hic incarnatus demon sub fucata fantitatis larva mundum decipiet, & crudelissimum ullus alius tyrannorum in Ecclesiam defruent. Triplex autem surpabit sciendi instrumentum. Videamus rem ordine.

§. I. Primo Regnum suum propagabit divitiis.

4. *Confirmatio.* Primum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit Anti-Christo blanda quadam, & profusa liberalitas: Postquam enim e Scripturarum vaticiniis, & Prophetarum oraculis demonstrare contendat, se esse verum mundi Messiam, & Christum fuisse impostorem, confestim Judaeos omnes, infelices Synagoga reliquias, sequaces habebit, horum legem, ac ceremonias acerrime defendet, hos maxima, quae poterit, mundi felicitate beatibit. (*S. Antonin. 4. p. 113. n. 4. §. 3.*) Praterca multos Christianorum ad partes suas trahet per divitias, ac dignitates quas illi conferet, dicente Propheta: (*Daniel. 11.*) *Multiplicabit gloriam illius, dabit potestatem multis, & terram gentium dividet.* O quam innumerabiles anime hoc auro recti capientur, eorum nempe, qui inordinato nimis affectu terrenis adherent? Si quis querat, unde tantum divitiarum affluentiam habiturus fit hic scyphanta? respondeo, amplissima mundi regna se ultro illi tributaria facient, multi Regum potentissimorum cum illo foedera pangent, praterca demon e profundis maris, ex montium arundinis, e thelauris subterraneis opes omnes illi subministrabit, quibus ditatus, facile Salomonem, Alexandrum, alioque mundi opulentissimos divitiis superabit. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus praesentis, &c.*

§. II. Secundo: fuis miraculis.

5. Alterum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit fucata miraculorum potestas, quae magno in numero ad confirmationem suorum dogmatum parabit: adjutus

enim ope demonis illo, & ejus assecte signa admiranda facient, prout aeterna Veritas Christus clare praedixit: *Surgant Pseudeo-Christi, & facient signa, & prodigia magna.* (*Matth. 24.*) Bone Deus! quanta erit populorum seductio, cum publice leprosis mundabit, paralyticis sanabit, enegumenos liberabit, & ipsos etiam mortuos, saltem ad speciem, suscitabit, qui omnes deinde illum pro vero Deo proclamabunt! (*S. Hippolyt. Orat. de consummati. scilicet. S. Petri. Dam. 1. 14. in Don. Laulan. 1. 7. c. 12.*) quanta erit populorum seductio, cum solera in cursu suo fiteat, tempestates marinas sedabit, elementa ad obsequium prompta habebit? quanta erit populorum seductio, cum bruta animalia, lactantes infantulos, immo etiam inanimatos statuas dileras faciet, ac telles, omnia Christi Domini dicta, ac facta fuisse impetrans, eumque fecleratissimum deceptorum? (*Albert. Mi. 17. comp. c. 9.*) Quanta erit populorum seductio, cum ad instar Eliae ignem de caelo evocabit, quo omnes sibi adversantes perdet, aut sacrificia suo honori parata, accendet? Quanta erit populorum seductio, cum mortuum se tanget, & tertia die suam virtute suscitatum, cum demonibus, in specie Angelorum apparentibus, in altum evectus, hymnis, ac canticis, tanquam verus Dei Filius, celebrabitur! quanta erit populorum seductio, cum licetores Martyrum erunt prodigiofiores, quam ipsi Martyres! *quae erit humana menti illa tentatio, ait S. Gregorius, (1. 32. Moral. c. 13.) quando plus Martyr, & corpus tormentis subijcit, & tamen ante ejus oculos tota miracula facit? Profecto tanta erit haec, tanque gravis tentatio, ut vel ipsi Electi de Apollasia sint periculaturi, dicente Evangelio, (Matth. 24.) ita, ut si fieri potest, inducantur in errorem etiam Electi, &c.*

§. III. Tertio tormentis crudelissimis.

6. Tertium vero, illudque potentissimum nocendi, & regnum suum dilatandi instrumentum erit tyrannica fustitias, quae per exquisitissima tormenta Christi fideles extendet, & excarnificabit: haec persecutio atrocior erit omni alia, quae ab origine mundi usque huc fuit, dicente Daniele: (*cap. 11.*) *Veni tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt.* Adeoque crudelitas Neronis, Domitiani, Diocletiani, Maximiani, Adriani, Valeriani, Juliani, aliorumque carnicum, qui crudelissime in Ecclesiam defruerunt, merentur vocari comice prolusiones, si cum Anti-Christica comparentur. Huic persecutioni succumbent multo etiam Sanctorum, prout testatur Vates Apocalypticus: *Datum est ei bellum gerere cum Sanctis, & occidere.* (*Apoc. 13.*) Aliquos quidem vincet corpore tenus, quos immanissimis tormentis enecabit, alios vincet, prodolor! etiam anima tenus, quos inaudita Martyriorum crudelitate ad turpissimam defectionem pertrahet.

7. Crescet in dies miserabilis afflictio, cum hoc spectrum abominabile pro Deo adorari, & ere-

& erectis templis, ac Altaribus honorari vellet: proinde Monasteria, & Christo dicatas Ecclesias diruet, Salvatoris, ac Depaare, aliorumque Sanctorum imagines flammis tradet, Officia Divina interdicit, Sacramentorum, ipsulque inveniunt Sacrificii usum prohibebit, ita, ut intra trium, & dimidii anni spatium nullum amplius Missae Sacrificium per orbem fit celebrandum. Eliam, & Henoch, qui in ea tempora reservati, una cum sancto Joanne Apofolo, prout aliqui opinantur (*Petr. Sanchez loc. supra cit.*) in mandum venient ad predicandum Evangelium, crudelissime enecabit. Crucem omnem, & crucis vestigia e mundo eliminabit, vice hujus suis sequacibus aliud signum contere, sine quo nemini fas erit emere, vendere, negotiari, aut vivere: hoc signum, uti tenet Pictorius (*cit. a VVobis in arte disc. V. Sisyphus Font. 87.*) continebit hanc triplicem negationem: *Nego crucem, nego Baptisimum, nego Jesum.* O inflicta tempora! verissimum nimis, *erit tunc tribulatio magna!* Mei Christiani! quemadmodum nunc invicem salutamus laudabilissima illa formula: *Laudetur Jesus Christus,* ita nunc ob tyrannidem, & execrabilem nequitiam infernalis hujus bellus passum in compitis, in foro, in templis, in domibus personabit detestabilis illa salutato: *Execratur Jesus!* *Nego Jesum!* O dulcissime Redemptor! compator tibi ob decumanos despectus, & vellem, si possem, etiam meo sanguine &c. impedire infanda sacrilegia, & blasphemias.

Quid tu ageret mi Christiane?

8. Ex te vero interrogo, mi Christiane! quid acturus esses, si contingeret te insautis illis temporibus in mundo degere? an signo illo abominabili notari te sineces? an cum aliis impostoribus, & apollatis clamares, *Nego Jesum?* &c. Ohi! abut a me tanta peverlitas, inquis: quid ego a Fide, a Dilectissimo Redemptore meo deshere? abut a me: mallem calcare divitias, mallem ridere sic miracula, mallem exquisitissimis subijci tormentis: &c. Laudo magnanimam, & Christiano dignam responfionem. Verum unicum par verborum ad te, mi Christiane: scias velim, Anti-Christum jam nunc, de facto in mundo esse, non quidem in persona, sed in spiritu, ait Cornelius a Lapide, (*in 1. Joan. 4. v. 2.*) *quia, in sui praesentibus.* Quinam sunt hi praesentores Anti-Christi? omnis ille, qui contra Christum, ac sanctissimum ejus volentem, ac praeccepta aliquid tibi perfrudat: qui te ad inhonestos lusus, ad obscenas comediass, ad proceas choreas, aliaque peccatorum pericula invitavit, praecursor Anti-Christi est: qui ad vindictam, ad lasciviam te inflammavit, opeem etiam suam, & subsidium pecuniarum ad opera fastidiosa tibi offert, praecursor Anti-Christi est: qui verbo, vel exemplo te ad peccatum contra justitiam, contra caritatem pellicit, praecursor Anti-Christi est. Edic modo, quomodo credam gloriose tuae ju-

stantiae, quae te Anti-Christo reluctatum fore asseris, quomodo credam, inquam, cum videam, te his Anti-Christi praecursoribus ad primam peccati invitationem victas manus porrigere? quomodo credam pascendum tuae fortitudinis, cum videam, te modicum lucellum inique partum, modicum volupratum Christi Domini praecceptis anferere? quid interest Christum ore profiteri, si eundem factis negas? an Fidem putas tibi sine operibus profuturam? Nequaquam. En, quoties tentatio te invitavit ad nefas, toties quoties optio tibi oblata est, ut vel partes Christi, vel Anti-Christi sequereris: quid egisti? consentiendo in obscenam pellicitationem, captando iniustum lucrum, emittendo perjurium, quasi clamasti: *Nego Jesum!* *Nego Jesum!* Verbo: quoties in peccatum consentisti, toties idemmet repetisti.

9. *Epiloge.* Nunc intelligis, cur Sanctus Gentium Apofolus ait, quod spiritus Anti-Christi jam nunc incipiat in orbe ramulari: *Mysterium jam operatio insinuat.* (*2. Theff. 2.*) Nimium omne peccatum est quomodo modo profuturo, & prologus Anti-Christice impietatis. Tu, mi Christiane: si serio paribus Christi adductus es, implacabile omnino concepe adversus peccatum: dic semper in teatione cum Josepho Aegyptiaco, quomodo possum hoc malum facere? Christianus ego sum, & Christi praesentem deservam? abut a me tanta impietas: percat Anti-Christus: *Laudetur Jesus Christus.* Amen.

Dominica XXIV. post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

De difficultatibus, & periculis ferax, & ad mortem usque dilatae penitentiae.

Orate autem, ne fiat sicut vestra in hyme. Matth. 47.

EXORDIUM.

Aliqui homines sunt similes apibus: praesentis futuro. Alii similes vespiis; de futuro non sunt solliciti.

1. **N**Oratu dignissima est differentia, quam sanctus Franciscus Salesius insinuat inter apiculas, & vespes: ambe quidem laborant, sed dispari profus labore: apiculus citare integra e florum viridantium succo colligunt durissimum mellis sarrum, quo dein adventante hyme nutriuntur. Vespa autem, & possunt que generis melle non ad rem aliam nata, haeque videntur, nisi ut omnia indistinctissimum animalia moribus infestent, circumstrepant tota citare otiose, non de anno in futurum sibi provident, unde fit, ut hycemal tempore, cum apiculae amensissimis laborum suorum fructibus vescantur, illae ex defecata alimentis gesserine emoriantur: Christiani Auditorum: go-

mina hæc animalcula patheticæ nobis ante oculos ponunt & periculum eorum, qui salutis suæ negotium ad ultimos vitæ terminos differunt, & felicitatem eorum, qui mature, ac convenienter tempore fructus dignos penitentia colligunt. *Vade puer ad formicam.* (Prov. 6.) admonet nos Sacer Textus: aut prout alii ex Hebræo legunt, *Vade ad agem, & discite ab ea, quam laboriosa sit operatio,* quibus verbis Clemens Alexandrinus (*l. 4. Strom.*) adjungit: *Et opte effere discipulus.* Quid ergo edocendi sumus ab apicula? respondeo, dedit nobis benignissimus Deus hoc vitæ præsentis spatium tantam tempus fructiferum, quo futuræ æternitatis consilientes, meritum opera colligamus: tempus juventutis comparatur veri, tempus ætatis virilis comparatur ætati, tempus senii comparatur autumnus, omni hoc tempore laborandum est, fidandum est: in quo? in his duobus principijs: *operare bonum, & fugere mala:* deinde hyems comparatur tempori mortis, & æternitatis; quemadmodum enim hyerno tempore omnia sterilecant, ita per omnem æternitatem non licebit homini vel unicum elicere opus meritum. Jam sunt nonnulli hominum, qui toto vitæ tempore, velut vespre, & faci, otiose circumstrepunt: cum lubriciter moventur, ut tandem aliquando sceleratam vite rationem deserant, peccatum fugient, ridet monita & effronter oggannunt: quid opus est pro futuro esse sollicitum, cum aliquando mors in limine hærebit? tempus adhuc erit sufficiens in tuto collocandi animam; unica contritio sufficet; penitentia nunquam est nimis sera, modo sit serâ, &c. Hos & similes hodie admonet Christus Dominus: *Orate, ne fiat fuga vestra in hyeme.* Quinam sunt illi, qui in hyeme fugiunt? audite verba a Casario Arelatensi (*hom. 47.*) addita: *Videte, ne tunc queratis peccata fugere, quando jam non licet ambulare.*

2. *Proposita.* Quare cum hæc temeritas, & error non sit paucorum, qui sibi persuasum habent, tum primam se serio penitentiam acturos; cum morituri animi jam paulatim in labijs hærebit, differant hodie, quam periculosa sit fuga in hyeme, idest, penitentia ad mortem usque dilata: discite, Dilectissimi: *nunc est tempus acceptabile, nunc, dum vires valent, esse dies salutis;* (1. Cor. 6.) tunc autem remedia omnia esse dubia, esse incertissima. Favete.

Magni momenti negotia non differantur ad mortem.

3. *Dirigite.* Dicite obsecro, Dilectissimi, si quis intricata integræ millionis ratiocinia coram Rege deponere deberet, que non tantum honore, & fortunæ, sed ipsa etiam morte illi confidant, aut omnino ad delicti articulum differet? sine dubio imprudentissime ageret. Quæ ergo imprudentia, quæ temeritate audeo hominotius vitæ ratiocinia, quibus villicationis suæ rationem reddere jubetur, ad mortis confi-

nisa relicere? an putas, o homo, negotium tuum arduum tunc facile inexpedito fore? erras; & periculosissime erras; ait enim Chryostomus, (*adul. Bar. serm. 9. n. 7.*) *multorum amorem negligens non potest una hora supplere.* Vis scire, unde oriatur hæc impotentia, & difficultas? respondeo, tenet te tam ex parte penitentis, quam ex parte Dei. Perficimus utrumque.

§. I. *Prima difficultas sera penitentia se tenet ex parte hominis agit.*

4. *Confirmatio.* Prima difficultas, & incertitudo penitentia, ad mortem usque dilata, se tenet ex parte ægroti penitere volentis: O bone Deus! quam inepti sumus ad serâ, & ardua negotia, cum modico dentium, aut capitis dolore vexamur, & credam, hominem idoneum fore ad maximum salutis suæ negotium, cum membra omnia corporis lethali dolore obideantur? O quante sunt angustia, quante horror ægroti, cum a Medico audit, actum esse de sanitate, actum de vita. Ezechias erat Rex sanctus: & tamen cum ab Isia triste nuntium audiret, *Dispone domui tuæ, quia morietur tu,* ludu, & tremore plenus *convertit faciem suam ad parietem.* (Isa. 38.) Quid ager ille, qui a sanctitate Ezechia mille parafans alienus, totus quantus sceleribus foredit? que consilia capiet in illa & sui ipsius, & domesticorum constitutione? si de expianda conscientia cogitabit, aderit, qui ægro medicinam, aut cibum afferret, aderit, qui ægrotum exhilarare studebit. Alta vice venit Medicus, nuncanicorum, nunc herendum unus, qui de testamento mentionem erit. Eheu! quam sunt hæc impedimenta ad extrinseco adventientia? si internos sensus colligere satagat, ecce! cogitationes a millenis anxietatibus dissipantur, intellectus ab æstu febriam corrumpitur, sensus omnes a fetu domesticorum distrahantur, memoria defectu soporis enervatur, cerebrum fatigatur, vires in mille curas hinc inde dividuntur, mens deficient. Quis credat in his circumstantiis ægrotum expeditum fore ad seriam Confessionem obsequam? Non credo, non credo, inquit Augustinus, (*l. de vera, & falsa penitentia.*) propter multas angustias, & impedimenta.

5. *Fastuosissimus Rex Pharaon,* persequens Israelitum, cum curribus, & equitibus ingressus est rubrum mare, triumphant, quam pugnanti famulior: displicuit Domino Deo superba terribilitas; quapropter ex illa ipsa nube, que eradicavit Israelitarum præambula, effusis fulminibus rotas, ac currus Pharaonis confregit. (Exod. 14.) *Subvertit rotas currum ferobaturque in profundum.* Tunc enim vero agnita Omnipotentis dextera, reverti Pharaon, ac fugere conabatur: *Fugiamus Israel.* Eja Ægypti, fugam capessite; neque enim Moyses adhuc prodigiosam virgam extendit ad reducendas aquas: fugite. Verum frustra sunt moaita, hæret Ægypti, hæret Pharaon immobilis: quare? quia contractæ sunt rotæ, destructi currus; itaque modis in duobus miserè interit. Sanctus Ambrosius

ius (*de Vita. l. 8. item l. de Virg. c. 3.*) corpus humanum vocat currum animæ: Curus rotæ sunt interni, externique sensus. Hoc curru factuale vehitur anima extra semitam mandatorum Dei: cum vero horrida tempestas lethalis agriudis ingruit, reverti conatur, clamante fugiamus Israel, fugiamus viam peccatorum, veniat facer Confessionis Arbitr, erumpant ex oculis lacrimæ, penitentium esse: quid sit? frustra vota sua desideria, necit elicere salutarem actus, rotæ sunt contractæ, sensus agriudis vi sunt dissipati, conscientia lancinata angustijs, & ex peccatorum multitudine, ac diversitate distrahitur. O miser homo! quid remedi capies inter tot perplexitates? nonne aperte vides, te profus fore ineptum ad salutaria opera? *quid facis, o homo,* ait S. Basilus, (*orat. 4. de Pentec.*) *cum multum valeas in agendo, juvenentiam tuam in peccatis tradidisti, ubi vero labore frustra fuerint instrumenta, tunc ipsa ad Deum adducis, cum jam illorum nullus est usus.* Si amara est mortis memoria hominibus etiam sanctis, heu! quanta amaritie perturbatus erit peccatoris animus? si ultime ægriudis dolores ita distrahant homines etiam virtuosos, ut vix ad salutaria consilia mentem applicare queant, quid eveniet impijs? heu! versatur in evidenti periculo æternæ damnationis. Audite S. Augustinum: (*l. de vera & falsa penitentia.*) *Quantum multa sunt, que impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitum vicinum ad mortem protrahere penitentia remedium, &c.*

§. II. *Alterâ difficultas sera penitentia se tenet ex parte Dei non acceptantis.*

6. Verum ponamus, ejusmodi moriturientem, collectis utrumque viribus, idoneum adhuc esse ad eliciendum id genus actus, qui ad penitentiam requiruntur: nihilominus affirmo, hanc penitentiam esse dubiam, esse periculosissimam. Queritis, quare? quia dubium est, an iustissimus Deus adeo seram, & quasi coactam sit acceptaturus. *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acciderunt.* (Psal. 13.) Quid sequitur? *Non congregabo conventicula eorum, nec memos ero nominum eorum per labia mea.* Scitis, quæ de causâ holocaustum Caini displicuerit Divino Numini, contra Abelis illi placuerit? sancti Patres ajunt, Abelen fuisse patrem, & ex grege suo attulisse agnum juvenem, tenellum, optimum. E diverso Cainum fuisse agricolam, & ex frugibus terre attulisse vilissimam: Ideo ergo non placuit holocaustum Caini, quod desumptum erat de vilissimis terre herbis; & putenus placiturum Deo penitentia holocaustum, quod veluti de ultima vite face desumptum est?

7. Edic, mi Christiane! nonne inhumanitas feræ morte digna, siquis, ad mensam Regis invitatus, primo in vilissimam mancipij, deinde primum in Regis sanitatem haustum faceret? *Clavi Spiritus, Concinat.* Pars I.

aut, ut plus dicam, si jarrissimo Regis inimico vitium genesivissimum, Regi autem vilissimum propinare? advertet; hæc eadem est infamia peccatoris, qui juvenes anno servituti damonis, tempus autem mortis efficitur, ac inuile, Deo, & penitentia vult consecrare. Bene annotat sanctus Gregorius Nazianzenus, (*orat. de S. Joan. Bapt.*) quod infernalis imperitor ad id solet persuadere peccatores, ut tempus prædens sibi, futurum autem Deo impenderent: *Da mihi id, quod fuit tempore, futurum Deo.* Quasi diceret: consecra mihi statem juvenem, Deseripiam Deo; mihi vitium, Deo facem, mihi carnem, Deo alsa, mihi voluptates, corpus Deo offeram, & nullis usus optum. An patas; Deum adeo sibi vitædere, ut his oblationum quicquid facit sit contentus, & capturus oblationum?

8. Quis non in effusio risus erumpat, si octogenerius senex, postquam omnes vitæ annos in rebellious contra Regem Domium suum transegit; deinde decrevita senectute cuperet inter ejus aulicos addicci? non solum risu, sed extremo supplicio digna foret hæc demerita: Et tu, o peccator, tibi imaginis, postquam per omnem vitam non cessasti rebellia arma contra Deum fringere, te ultimo vitæ articulo inter caelestis aulae ministros annumeratum iri? o risu digna suppiditas! interroga Doctissimum Abulensem, cur Dominus Deus pisces ab Altaris holocausto exclusos voluerit? Elementum acris, elementum terra poterant offerre sua munera; cur non & elementum aquæ fas sit offerre sua? respondet Abulensis: (*l. 13. in Levit. c. 1.*) *quia pisces raro adduci poterant viventes ad Dominum: ad summum enim afferri poterant inter ultimos mortis anhelitus, & vel tunc etiam in Altari collocandi nihil desiderati essent avidius, quam reverti in mare, unde violenter fuerant extracti.* Et quis sibi persuadet, Domino Deo acceptam tri penitentiam peccatoris, qui tota vite mari voluptatum innotans, nunc violenter per agriudis extrahitur? Ego certe non credo: si ultimi moriturientis singulus non tam sunt penitentia, quam simulacrum penitentia: hæc suspitantis contritio plus quod, quæ a peccatis deseratur, quam quod peccata deserat, quia si ex ejus voluntate stare, vellet redire ad suas voluptates, quam illis maledicere. Abis, ut hæc coacta penitudo Numini placeat, &c.

9. Audiamus pro corolite terribilis, & hæc rei accomodat historiam, atque ex ea dicamus judicia Dei formidare. (P. Alphons. de Andræ. in *Anna. lib. Regni Peru ann. 1649.*) In regno Peruano degebat feceratissimus nequam, non sine publico scandalo omnium flagitiorum cenno demeritus: non deerant piorum monita, a quibus rogabatur, ut tandem relicto peccatorum tramite, ad meliorem vite noxum rediret: proponebatur ipsi Divini Majestatis offensio, justitiae rigor; & demum crudelissima inferni tormenta: Ridere ad hæc omnia ille, Ff 3 & re-

